

## **Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera**

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;  
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

**Gregor <I., Papst>**

**Lutetia Parisiorum, 1675**

Homilia XXII. Habita ad populum in basilica Sanctorum Proceßi &  
Martiniani, die natalis eorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

ficulnea cultor adjungat: [Si quidem feceris fructum: fin autem, in futurum succides eam.] quia profecto qui hic non vult ad fecunditatem pingueleere per interpretationem, illic caderet unde jam resurgere per penitentiam non valet: & in futurum succidetur, quamvis hic sine fructu viridis stare videatur. [Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier, quia habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo.] Paulus autem jam diximus, quia hoc erat trinus adventus domini ad infructuosam ficulneam, quod decem & octo annorum numerus ad curvam mulierem signat. Sexto enim die homo factus est, atque eodem sexto die opera Domini cuncta perfecta sunt. Senarius autem numerus in trigonum duetus, decem & octo facit. Quia ergo homo qui sexta die factus est, perfecta opera habere noluit, sed ante legem, sub lege, atque in exordio inchoantis gratia infirmus extitit, decem & octo annis curva mulier fuit. [Et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.] Omnis peccator terrena cogitans, celestis non requirens, sursum respicere non valet: quia dum desideria inferiora sequitur, à mentis sua rectitudine curvatur: & hoc semper videt, quod sine cessatione cogitat. Ad corda vestra, fratres charissimi, redite: quid horis omnibus in cogitationibus vestris volvatis, semper aspicite. Alius de honoribus, alius de pecuniis, alius de prædiorum ambitu cogitat. Hec cuncta in imo sunt, & quando mens talibus implicatur, ab status sui rectitudine flebitur. Et quia ad celeste desiderium non assurgit, quasi mulier inclinata sursum respicere nequaquam potest. Sequitur: [Hanc cum vidisset Iesus, vocavit ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et impausi illi manum, & confestim erecta est.] Vocavit, & crexit; quia illuminavit & adjuvit. Vocat, sed non erigit, quando quidem per eum gratiam illuminarum, sed exigentibus nostris meritis adjuvari non possumus. Plerumque enim videmus quæ agenda sunt, sed opere non implemus. Nitimus, & infirmamur. Mentis judicium restitutidinem conficit, sed ad hanc operis fortitudine succumbit: quia nimis jam de pœna peccati est, ut ex dono quidem possit bonum consipisci, sed tamen ab eo quod aspicitur, contingat per meritum repelliri. Ufita etenim culpa obligat mentem, ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem. Conatur, & labitur: quia ubi sponte diu perficit, ibi & cum noluerit, coacta cadit. Bene de hac nostra incurvatione ex typo humani generis per Psalmistam dicitur: Incurvatus sum & humiliatus sum usquequaque. Contemplatus namque, quod ad supernam lucem intundant homo conditus fuerat, sed peccatis exigentibus foras missus, mentis suæ tenebras portat, superna non appetit, infimis intendit, celestia nequaquam desiderat, terrena semper in animo versat: & hoc quod de suo genere doluit, in se ipso exclamavit, dicens: Incurvatus sum & humiliatus sum usquequaque. Contemplationem namque celestium perdens, si sola carnis necessaria homo cogitaret, incurvatus & humiliatus esset, sed tamen usquequaque non esset. Quem ergo a supernis cogitationibus non solus necessitas dejicit, sed etiam voluptas illuc sternit, non solum incurvatus, sed usquequaque incurvatus est. Hinc alius Prophetæ de immundis spiritibus dicit: Qui dixerunt anima tua, incurvare ut transeamus. Recta quippe stat anima quum superna desiderat, & nequaquam flebitur ad anima. Sed maligni spiritus quum hanc in sua rectitudine stare consipiunt, per eam transire non possunt. Transire namque eorum, est immunda illi desideria spargere. Dicunt ergo, Incurvare ut transeamus: quia si ipsa se ad ima appetenda non dejicit, contra hanc illorum perversitas nullatenus convalescit: & transire per eam nequeunt, quam contra se rigidam in superna intentione pertimescent.

Gen. 2.4


Psal. 37.

Isa. 51.8

A Nos ergo, fratres charissimi, nos viam malignis in nobis spiritibus damus, cum terrena concupiscimus, cum ad temporalia appetenda curvamur. Pudeat ergo terrena concupiscere, & dorsa mentium ascendentibus adversarii præbere. Terram semper intuetur qui curvus est: & quo præmio sit redemptus, non meminit qui ima querit. Hinc etiam per Moysen dicitur, ut qui gibbo premitur, nequam ad sacerdotum provehatur. Et quotquot Christi sanguine redempti sumus, membra ejusdem summi sacerdotis efficiuntur. Unde & nobis per Petrum dicitur: Vos autem genni electum, regale sacerdotiorum. Sed qui gibbum tolerat, ima semper intuetur. A sacerdotio ergo repellitur: quia quisquis solis terrenis intentus est, ipse sibi testis est quod membrum summi sacerdotis non est. Hinc rursus pisces qui pennulas non habent, ab eis fidelis populi prohibentur, Pisces quippe qui pennulas squamarum habent, dare etiam saltus super aquas solent. Quid ergo pennatis pisces nisi electæ animæ figurantur? Quæ profecti soli in caelestis Ecclesiæ corpus transeunt, que Ezecl. hom. modò virtutum pennulis fultæ, saltus dare per celestes desiderium sciunt, ut superna per contemplationem appetant, quamvis in seipsis iterum ex mortali carne relabuntur. Si ergo jam bona caelestis patriæ agnoscimus, dispiceat nobis, fratres charissimi, quod curvi sumus. Ponatur ante oculos mulier curva, & arbor fructuosa. Reminiscamur malorum quæ fecimus, mittamus ad radicem cordis, cophinum stercoris, ut tunc in retributionis fructu pinguebeat, quod nobis hic per penitentiam factum est. Et si virtutum summa operari non possumus, ipse Deus nostro gaudet lamento. Ex ipsa enim justitia inchoatione ei placebimus, qui iusta quæ fecimus, punimus. Nec mora erit in flentibus: quia tergent ciuius tranfuentes lacrymas mansura gaudia, Per Dominum nostrum Jesum Christum, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Lectione sancti Evangelij secundum Lucam.

**I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: cap. 9. c Si quis vult post me venire, abneget se metipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: & qui perdidit animam suam propter me, salvam eam faciet. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, se autem perdat, & detrimentum sui faciat? Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum. Dico autem vobis verè: Sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.



## HOMILIA XXII.

Habita ad populum in basilica Sanctorum Procesii & Martiniani, die natalis eorum.

**Q**uia Dominus ac Redemptor noster novus homo <sup>\* hoc paulus</sup> venit in mundum, nova præcepta dedit mundo. Vitæ etenim nostra veteri in vitiis enutrītæ, contrarietatem opposuit novitatis suæ. \* Quid enim <sup>alter haec</sup> carnalis homo noverat, nisi sua retinere, <sup>bentur</sup> rūsum, quid carnalis homo noverat, nisi sua retinere,

aliena rapere, si posset; concepiscere, si non posset? A Sed celestis medicus singulis quibusque virtutis obviantia adhibet medicamenta. Nam sicut arte medicinae calida frigidis, frigida calidis curantur; ita Dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis; ut lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis praecepit humilitatem. Certe cum se sequentibus nova mandata proponeret, dixit: *Nisi quis renunciaverit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus.* Ac si aperte dicat: Qui per vitam veterem aliena concepiscitis, per novam conversationis studium & vestra largimini. Quid vero in hac lectione dicat, audiamus: [ *Qui vult post me venire, abneget semetipsum.* ] Ibi dicitur ut abnegemus nostra, hic dicitur ut abnegemus nos. Et fortasse laboriosum non est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet: valde autem multum est, abnegare quod est. Ad se autem nobis venientibus Dominus praecepit, ut renunciemus nostris: quia quicumque ad fidei agonem venimus, luctamen contra malignos spiritus sumimus. Nihil autem maligni spiritus in hoc mundo proprium possident. Nudi ergo cum nudis luctari debemus. Nam si vestitus quisquam cum nudo luctatur, citius ad terram dejectur, quia habet unde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia, nisi quædam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad certamen properat, vestimenta abjecti, ne succumbat. Nihil in hoc mundo amando possideat, nullas rerum labentium delectationes requirat, ne unde ad votum tegitur, ad casum inde teneatur. Nec tamen sufficit nostra relinquere, nisi relinquamus & nos. Quid est quod dicimus, Relinquamus & nos? Si enim nosmetipso relinquimus, quod ibimus extra nos? Vel quis est qui vadit, si se deseruit? Sed aliud sumus per peccatum lapsi, aliud per naturam conditi: aliud quod fecimus, aliud quod facti sumus. Relinquamus nosmetipso quales peccando nos fecimus, & maneamus nosmetipso quales per gratiam facti sumus. Ecce etenim qui superbus fuit, si conversus ad Christum humili factus est, semetipsum relinquuit. Si luxuriosus quisque ad continentiam vitam mutavit, abnegavit utique quod fuit. Si avarus quisque ambire jam desit, & largiri didicit propria qui prius aliena rapiebat, proculdubio semetipsum reliquit. Ipse quidem est per naturam, sed non est ipse per malitiam. Hinc enim scriptum est: *Verte impios, & non erunt.* Conversi namque impii non erunt, non quia non erunt omnino in essentia, sed feliciter non erunt in impietas culpa. Tunc ergo nosmetipso relinquimus, tunc nos iplos abnegamus, cum \* mutamus quod per vetustatem fuimus, & ad hoc nitimus quod per novitatem vocamus. Pensamus quomodo se Paulus abnegaverat, qui dicebat: *Vivo autem jam non ego.* Extinctus quippe fuerat sevus ille persecutor, & vivere coepit prius prædicator. Si enim ipse esset, prius profecto non esset. Sed qui se vivere denegat, dicat unde est quid sancta verba per doctrinam veritatis clamant. Protinus subdit: *Vivit vero in me Christus.* Ac si aperte dicat. Ego quidem a memetipso extinximus, quia carnaliter non vivo: sed tamen essentialiter mortuus non sum, quia in Christo spiritualiter vivo. Dicat ergo Veritas, dicat: [ *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum.* ] quia nisi quis a semetipso deficiat, ad eum qui super ipsum est, non appropinquat: nec valet apprehendere quod ultra ipsum est, si nescierit mater quod est. Sic olerum plantar transponuntur ut proficiant, atque ut ita dixerim, eradicantur ut crescant. Sic rerum semina in terra admixtione deficiunt, ut reparatione sui generis uberiori assurgant. Unde enim videntur perdidisse quod erant, inde accipiunt hoc apparere quod non erant. Sed qui jam se a virtutis abnegat, exquirenda ei virtutes sunt

Luc. 14. f.

A in quibus crescat. Nam cum dictum est: [ *Qui vult post me venire, abneget semetipsum.* ] protinus additur: [ *Et tollat crucem suam quotidie, & in fratribus hominibus sequatur me.* ] Duobus etenim modis crux tollitur,<sup>37.</sup> cum aut per abstinentiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. Pensamus qualiter utroque modo Paulus crucem suam tollerat, qui dicebat: *Castigo corpus meum, & in servitu virtutem redigo, ne forte alius prædicans, ipse reprobis efficiat.* Ecce in afflictione corporis audivimus crucem carnis: audiamus nunc in compunctione proximi crucem mentis. Ait enim: *Quis informatur, & ego non informor? Quis scandalizatur, & ego non uor?* Perfectus quippe prædicator ut exemplum daret abstinentiæ, crux portabat in corpore. Et quia in se trahebat damna infirmitatis alienæ, crux portabat in corde. Sed quia ipsis virtutibus quædam virtus juxta sunt, dicendum nobis est, quod virtus abstinentiam carnis, & quod obsideat compassionem mentis. E vicino namque abstinentiam carnis nonnunquam vana gloria obsideat: quia dum tenuitas in corpore, dum pallor in vultu respicitur, virtus patefacta laudatur: & tantò se celerius foras fundit, quantò ad humanos oculos per ostensum pallorem exit. Et plerumque fit, ut hoc quod causâ Dei agi creditur, pro solis humanis favoribus agatur. Quod bene Simon ille significat, qui in ventus in itinere, crux Dominicam in angaria portat. Alienæ quippe onera in angaria portantur, quando per vanitatem studium aliiquid geritur. Qui ergo per Simonem designantur, nisi abstinentes & arrogantes? Qui per abstinentiam quidem carnem afficiunt, sed fructum abstinentiæ interius non requirunt. Crucem ergo Domini in angaria Simon portat: quia cum ad opus bonum ex bona voluntate non dicitur, rem iusti sine fructu peccator operatur. Unde idem Simon crucem portat, sed non moritur: quia abstinentes & arrogantes, per abstinentiam quidem corpus afficiunt, sed per desiderium gloriae mundo vivunt. Compassionem vero animi plerumque latenter obsideat pietas falsa; ut hanc nonnunquam ulque ad condescendendum virtutis pertrahat, cum ad culpas quisque non debeat compassionem exercere, sed zelum. Compassio quippe homini, & rectitudine virtutis debetur, ut in uno eodemque homine & diligamus bonum quod factus est, & persequamur mala quæ fecit: ne dum culpas incaute remittimus, non jam per charitatem compati, sed per negligentiam \* concidisse videamur. \* ad. condes- Sequitur: [ *Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: & qui perdidit animam suam propter me, salvam eam faciet.* ] cendiſſe ad. condes- ſe Sic dicitur fideli: [ *Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: & qui perdidit animam suam propter me, salvam eam faciet.* ] Ac si agricolæ dicatur: Frumentum si servas, perdis: si seninas, renovas. Quis enim neficiat quod frumentum cum in semine mittitur, perit ab oculis, in terra deficit? Sed unde putreficit in pulvere, inde virescit in renovatione. Quia vero sancta Ecclesia aliud tempus habet persecutionis, atque aliud pacis; Redemptor noster ipsa ejus tempora distinguit in præceptis. Nam persecutionis tempore ponenda est anima: pacis autem tempore ea quæ amplius dominari possunt, frangenda sunt desideria terrena. Unde & nunc dicitur: [ *Quid enim prodest homini, si lucretur totum mundum, se autem perdat, & detrimentum sui faciat?* ] Cum persecutio ab adversariis deest, valde vigilantiæ cor custodiendum est. Nam pacis tempore quia licet vivere, licet etiam ambire. Quæ profecto avaritia bene compefecit, si ipse status ambientis sollicitè consideretur. Nam eur instet ad colligendum, quando stare non potest ipse qui colligit? Cursum ergo suum quisque consideret, & agnosceret sibi posse sufficere par-

Z Z Z iii

va quæ habet. Sed fortasse metuit ne in hujus vita itineri sumptus defit. Longa nostra desideria increpat via brevis: incasum multa portantur, cùm iuxta est quò pergitur. Plerumque autem & avaritiam vincimus, sed adhuc obstat quòd vias restitudinis minori tenemus custodia perfectionis. Nam sèpe labentia cuncta despiciimus, sed tamen adhuc humanæ verecundia usū præpedimur, ut restitudinem quam servamus in mente, nondum exprimere valeamus in voce: & tantò Dei faciem ad iustitiam defensionem negligimus, quantò humanas facies contra iustitiam veremur. Sed huic quoque vulneri congruum subjungitur medicamentum, cùm Dominus dicit: [Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum.] B Sed ecce nunc apud se homines dicunt: Nos jam Dominum & sermones ejus non erubescimus; quia aperta cum voce profitemur. Quibus ego respondeo, quòd in hac plebe Christiana sunt nonnulli, qui Christum ideo confitentur, quia cuncti Christianos esse consipiunt. Nam si nomen Christi in tanta hodie gloria non esset, tot professores Christi sancta Ecclesia non haberet. Non ergo ad probationem fidei vox sufficit professionis, quam defendit à verecundia professio generalitatis. Est tamen ubi se quisque interroget, ut in confessione Christi se veraciter probet, si non jam nomen ejus erubescit, si plena virtute mentis humanum pudorem subdividit. Certè enim persecutionis tempore erubescere poterant fideles, substantiis nudari, de dignitatibus dejici, verberibus affligi. Pacis autem tempore quia hæc à nostris persecutionibus defuit, est aliud ubi ostendamur nobis. Veremur sèpe à proximis despici, e dignamur injurias verbi tolerare: si contingat jurgium fortasse cum proximo, erubescimus priores satisfacere. Cor quippe carnale dum hujus vitæ gloriām querit, humiliatorem respuit. Et plerumque ipse homo qui irascitur, discordanti sibi reconciliari appetit, sed ire ad satisfaciendum prior erubescit. Pensamus facta Veritatis, ut videamus quòd jacent nostra pravitatis actiones. Si enim membra summi capitii sumus, imitari eum cui connectimur, debemus. Quid namque ad nostræ eruditioñis exemplum Paulus egregius præparator dicit? 2. Cor. 5. 4 Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo extorta per nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Ecce inter nos & Deum discordiam peccando fecimus, & tamen ad nos Deus suos legatos prior misit, ut nos ipsi qui peccavimus, ad pacem Dei rogati veniamus. Erubescat ergo humana superbia, confundatur quisque si non satisfaciat prior proximo, quando post culpam nostram ut ei reconciliari debeamus, & ipse qui offensus est, legatis intervenientibus obsecrat Deus. Sequitur: [Dico autem vobis vere: Sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.] Regnum Dei, fratres charissimi, non semper in sacro eloquio venturum regnum dicitur, sed nonnunquam præsens Ecclesia vocatur. Unde scriptum est: Miser filius hominis angelos suos, & Matt. 13. 38. colligent de regno ejus omnia scandala. In illo quippe regno scandalia non erunt, ubi profecto reprobri non admittuntur. Quo videlicet exemplo colligitur, quòd hoc loco regnum Dei præsens Ecclesia vocatur. Et quia nonnulli ex discipulis usque adeo in corpore victuri erant, ut Ecclesiam Dei constructam conspicerent, & contra mundi hujus gloriam erectorum, consolatoria præmissione nunc dicitur: [Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.] Sed cùm tanta Dominus subeundæ mortis præcepta ederet, quid necessarium fuit ut ad hanc subitò præmissionem veniret? Quod si subtiliter attendamus, quanta dispensatione pietatis agatur agnoscimus.

*Hom. 12. 38.* 2. Cor. 5. 4  
Matt. 13. 38. f colligent de regno ejus omnia scandala. In illo quippe regno scandalia non erunt, ubi profecto reprobri non admittuntur. Quo videlicet exemplo colligitur, quòd hoc loco regnum Dei præsens Ecclesia vocatur. Et quia nonnulli ex discipulis usque adeo in corpore victuri erant, ut Ecclesiam Dei constructam conspicerent, & contra mundi hujus gloriam erectorum, consolatoria præmissione nunc dicitur: [Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.] Sed cùm tanta Dominus subeundæ mortis præcepta ederet, quid necessarium fuit ut ad hanc subitò præmissionem veniret? Quod si subtiliter attendamus, quanta dispensatione pietatis agatur agnoscimus.

Discipulis enim rudiibus etiam de præsenti vita aliiquid promittendum fuit, ut possent robustius in futura solidari. Sic Israëlitico populo ex Ægypti terra liberando, recompensationis terra promittitur, & cùm vocandus esset ad dona cælestia, terrenis præmissionibus fuadetur. Cur hoc, nisi ut dum esset aliquid quod de vicino perciperet, illud jam fidibus crederet quod de longinquo audire potuerit? Carnalis etenim populus si parva non acciperet, magna non crederet. Omnipotens ergo Deus largiendo terrena, suaderet ad cælestia, ut percipiens quod videter, speraret diceret quod minime videbat: & tantò solidior de invisibilibus fieret, quantum eum ad spei certitudinem visibilia promissa fulcirent. Unde rectè quoque per Psalmistam dicitur: Dedit eis regiones gentium, & labores populorum ps. 104. 4 possederunt: ut custodiant justifications ejus, & legem ejus requirant. Sic ergo hoc loco rudiibus discipulis Veritas loquens, videndum regnum Dei promittit in terra, ut hoc ab eis fidibus in celo præsumatur. Ex ipso itaque regno, quod jam videamus in mundo esse sublimatum, speremus regnum quod in celo credimus percipiendum. Nam sunt nonnulli, qui Christianitatis nomine censentur, sed Christianitatis non habent fidem. Sola esse visibilia astimant, invisibilia non appetunt; quia nec esse suscipiantur. Ad sanctorum Martyrum corpora constitutimus, fratres mei. Nunquid isti carnem suam in mortem darent, nisi eis certissime constituset esse vitam pro qua mori debuissent? Et ecce qui ita considererunt, miraculis corucent. Ad extincta namque eorum corpora, viventes ægri veniunt, & sanitantur: percuti veniunt, & à dæmonio vexantur: dæmoniaci veniunt, & liberantur. Quomodo ergo vivunt illie ubi vivunt, si in tot miraculis vivunt hic, ubi mortui sunt?

Rem, fratres, dico brevem verbo, sed non parvam merito, quam religiosis quibusdam senioribus narrantibus agnovi. Gothorum tempore matrona quedam fuit valde religiosa, quæ ad horum Martyrum Ecclesiam crebro veniebat. Quadam die dum ex more ad orandum venisset, egrediens, duos stantes sub peregrino habitu monachos invenit, peregrinos credidit, dari eis aliquid eleemosynæ precepit. Sed priusquam ejus erogator eis ad largiendam eleemosynam propinquasset, aliterunt illi vicinius, & dixerunt: Tu nos modò visitas, nos te in die judicij requiremus, & quidquid possumus, præstabis tibi. Quo dicto, ab oculis ejus ablati sunt. Terita illa ad orandum rediit, scæque in lacrymis prolixius effudit. Et facta est post hoc tantò instantior in prece, quanto certior de promissione. Si autem juxta Pauli vocem, fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentum: nequaquam jam dicimus ut venturam vitam credatis; quia ecce ipsi qui in illa vivunt, humanis obtutis visibiliter præsentantur. Quod enim videri potest, melius dicitur sciri, quam credi. Venturam ergo vitam nos Dominus magis voluit scire, quam credere, qui eos quos invisibiliter recipit, apud se vivere nobis etiam visibiliter ostendit. Hos ergo, fratres charissimi, in causa veltri examinis quam cum disticto judice habebitis, patronos facite: hos in die tanti terroris illius defensores adhibe. Certè si apud quedam magnum judicem causa quilibet veltra esset die craftino ventilanda, totus hodiernus dies in cogitatione duceretur, patronum vestra fraternitas quæreret, magnis precibus ageret ut apud tantum judicem sibi defensor veniret. Ecce distictus judex Jesus venturus est: tanti illius Angelorum Archangelorumque concilij terror adhibetur. In illo conventu causa nostra discutitur, & tamen nos patronos modò non quærimus, quos tunc defensores habeamus. Ad sunt defensores nostri sancti Martires, rogati volunt, atque, ut ita dixerim,

quærunt, ut querantur. Hos ergo adjutores vestris orationibus quærere: hos protectores vestri reatus invenite: quia ne punire peccatores debeat, rogari vult & ipse qui judicat. Unde & tam longo tempore comminatur iram, & tamen misericorditer expeccat. Sic autem nos & misericordia ejus resovecat, ut nullo modo negligentes reddat. Sic peccata nostra perturbent, ut mens in desperationem non proruat: quia eti⁹ praesumentes metuimus, & metuentes speramus, æternum regnum citius adepturi sumus, per eum qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula saeculorum. Amen.

## Lectio sancti Evangelij secundum Lucam.

Cap. 7. f.

**I**n illo tempore: Rogabat Iesum quidam Phariseus, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisai, discubuit. Et ecce mulier, que erat in civitate peccatrix, ut cognovit quid Iesus accubuisse in domo Pharisai, attulit alabastrum unguenti, & stans retro fecus pedes ejus, lacrymis caput rigare pedes ejus, & capillis capitum sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. Videns autem Phariseus qui vocaverat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret utique, qua & qualis est mulier qua tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam feneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit: Aestimo quia is cui plus donavit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intravi in dominum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hec autem lacrymis rigavit pedes meos, & capillis suis tergit. Oculum mihi non dedisti: hec autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxi: hec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dicit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperant qui simul accumabant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dicit autem ad mulierem: Fides tua te salvam fecit: vade in pace.



## HOMILIA XXXIII.

Habita ad populum in basilica sancti Clementis, feria sexta Quatuor temporum Septembribus.

**C**ogitanti mihi de Maris pœnitentia, flere magis liber, quam aliquid dicere. Cujus enim vel

A saxeum peccatum illæ hujus peccatricis lacrymæ ad exemplum pœnitendi non emolliant? Consideravit namque quid fecit, & noluit moderari quid faceret. Super convivantes ingressa est, non iussa venit, inter epulas lacrymas obtulit. Discite quo dolore ardet, quæ flere & inter epulas non erubescit. Hanc verò, quam Lucas peccatricem mulierem, Joannes Mariam nominat, illam esse Mariam credimus, de qua Marcus septem dæmonia ejcta fuisse restatur. Et quid per septem dæmonia, nisi universa vita designantur? Quia enim septem diebus omne tempus comprehenduntur, rectè septenario numero universitas figuratur. Septem ergo dæmonia Maria habuit, que universis vitiis plena fuit. Sed ecce, quia turpitudinis sua maculas aspergit, lavanda ad fontem misericordiae, convivantes non erubuit. Nam quia semetipsam graviter erubescbat intus, nihil esse credit quod verecundaretur foris. Quid ergo mirarum, fratres, Mariam venientem, an Dominum suscipientem? Suscipientem dicam, an trahentem? Dicam melius, trahentem & suscipientem: quia nimis ipse eam per misericordiam traxit intus, qui per mansuetudinem suscepit foris. Sed jam textum sancti Evangelij percurrentes, ipsum quoque ordinem quo venerit sananda, videamus. [ Atulit alabastrum unguenti, & stans retro fecus pedes Iesu, lacrymis caput rigare pedes ejus, & capillis capitum sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat.] Liquet fratres, quid illicitis actibus prius mulier intenta, unguentum sibi pro odore sue carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc jam Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat: sed hos jam per pœnitentiam conterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat: sed iam capillis lacrymas tergebat. Ore superba dixerat: sed pedes Domini osculans, hos in Redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inventit holocausta. Convertit ad virtutum numerum, numerum criminum ut totum serviret Deo in pœnitentia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa. Sed hoc Phariseus intuens despiciit, & non solum venientem peccatricem mulierem, sed etiam suscipientem Dominum reprehendit, dicens intra se: [ Hic si esset propheta, sciret utique, qua & qualis est mulier qua tangit eum: quia peccatrix est.] Ecce Phariseus veraciter apud se superbus, & fallaciter justus, ægram reprehendit de ægritudine, medicum de subventione, qui ipse quoque de elationis vulnere ægrotabat, & ignorabat. Inter duos autem ægros medicus aderat: sed unus æger in febre integrum sensum tenebat, alter verò in febre carnis & sensum perdiderat mentis. Illa quippe flebat quod fecerat: Phariseus autem de falsa iustitia elatus, vim suæ invaliditudinis exaggerabat. In ægritudine ergo & sensum perdiderat, qui hoc ipsum quoque, quod à salute longè esset, ignorabat. Sed inter haec nos gemitus cogit, quodam nostri ordinis viros intueri, qui sacerdotali officio prædicti, si quid fortasse justæ exteriū vel tenuiter egerrint, protinus subiectos despiciunt, & peccatores quoque in plebe positos deditigantur, eisque compati culpam suam confitentibus nolunt, ac velut Pharisei more, à peccatrice muliere tangi despiciunt. Quæ profecto mulier si ad Pharisai pedes veniam, nimis calcibus repulsa discederet. Inquireni enim se alieno peccato crederet. Sed quia hunc vera iustitia non replebat, de alieno vulnere ægrotabat. Unde semper necesse est, ut cum peccatores quoque conspicimus, nosmetipso prius in illorum calamitate defleamus: quia fortasse in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus, si lapsi non sumus. Et si censura magisterij debet semper virtute disciplinae vitia persequi, oportet tamen ut sollicitè discernamus, quia distinctionem debemus vitiis, compunctionem naturæ. Si enim feriendus est peccator, nu-